



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

XIII. Decembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)



S. Autbertus Episcopus Cameracensis, quod ipse mediorum defectu non potuit, ad id Dagobertum Regem permovit, nempe ut complura Deiparæ templa erexerit; quamquam sanctus hic Episcopus non omnia tantum orbis templa, sed etiam singulorum hominum corda Deiparæ sacrari desideraverit. *Barri. Cur ego repugnem?*

S. Autberte, cui nihil in vita charius Deiparæ honore fuit, excita te porem meum, ut quod toties promisi, tandem seridè & ferventer me Deiparæ honori in me, aliisque promovendo impendam. En offero cor meum; immundum quidem illud, variisque affectibus sordidum est, tuis illud committo manibus, ut aptum Mariano amori sit habitaculum. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Propensius colam eos Sanctos, qui immaculatæ B. V. conceptioni colendæ magis addicti vixere.

Inter tot animas hominum, quæ salvantur, ut electa columba est sola, quæ Christum genuit Virgo Mater: quæ puritate profectò Cherubim & Seraphim antecellit. *B. Amad. de laud. V.*

Quæstio: An easdem notas veritatis habeat conceptio immaculatæ B. V. quas habet Ecclesia?